



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

7 De libelli oblatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

ita contumax est, non appellat. d. l. ex consensu, de appellat. l. et post editum, in fin. de iudic. P. nisi quis dixerit se venturum, postea doceat de superueniente impedimento sine culpa, l. diuus, 7. de integ. restitut. contumax etiam is est, qui comparet quidem, sed respondere non vult, c. 1. de iud.

r can. de illicita, 24. q. 3.

s Quamuis quilibet citationem ad domum suam factam scire presumatur, & sic concludunt Accursius, Bart. & Bald. ad leg. si tutor, de periculo tutor. Bald. tamen hoc ipsum cum temperamento intelligit, ad c. quoniam frequenter, §. porro, vi lite non contest. nisi a domesticis vel amicis citatio ad domum facta ei denunciata fuisset, de quo vide Tiraquellum alios doctores & infra cumulantem, tractat de viroque retractu, §. 9. gloss. 2. nume. 4. videndum & capit. cum sit Romana, de appellat. verum demum contumacem non admittendum appellantiem constat. l. 1. quorum appellat. non recipiam. C. l. ex consensu, §. fin. de appell. Fictum autem contumacem admitti debere, nemini propemodum dubium est, ex glossa approbata, ad clem. 1. de dolo & contuma.

t c. si de feriis lib. 2. tit. 9. gloss. in c. de causis, ad verbum venire, de offic. deleg. in cap. veniens, ad verbum propter, de accusati. gloss. ad verbum si accusatorib. ad verbum eundem. eod. tit. C.

v l. 1. §. sed si, de feriis, P. & ibi Alex. Bart. ad l. 1. de in ius vocan. Felin. ad c. illud, nu. 8. de presumptio.

x Vbi quis citari non potest, vel ratione persona, vel ratione temporis, vel ratione causa, citatus non tenetur venire; quia citatio nulla est, ut tenet gloss. ad can. nullus clericus, 6. ad verbum exhibeatur, 11. q. 3. & ad can. si episcopus, 3. q. 2. in can. 2. 3. q. 1. & l. 1. de feriis. Pand.

y Sicque quiescit officium iudicis vocantis pendente dilatione veniendi, vel mittendi data vocato. l. si me pars, C. de dilation. Ius enim acquiritur ex ea dilatione citato, ut

tempus illud expectari debeat, ca. cum inter vniuersas, de electio. Imola ad cap. si de his, que sunt a prelat. sine consensu, capitul.

## DE LIBELLI OBLATIONE

### TIT. VII.

Hac rubrica exstat tantum lib. 2. decretalium, titu. 3. est & in lib. 2. C. titu. 23. titulus quando libellus principi datus liti contestationem faciat.

### CAPIT. I.

1 Continuatio.

2 Finitio libelli.

3 Diuisiones.

Vocatione facta, quid ab aduersario conuenio petatur, coram iudice exponendum est. a Petitiones autem, vel verbo tantum sine scriptura; b aut cum scriptura, quæ dicitur libellus, c fiunt.

Libellus itaque est, certa petitio seu intentio actoris vel accusatoris d in iudicio scriptis concepta, & pposita. e Voce autem petitio fit verbalis, dum principales litigantes per se vel per aduocatos factum & questionem proponunt. f

Omnis petitio siue verbalis siue libello; contenta, vel est inconueniens & inepta, vel conueniens seu apta. g Distinguunt etiam iura facilioris doctrinæ gratia libellum, ut alius sit conuenientialis, seu postulationis, h qui datur in ciuilibus negotiis; alius accusatorius, qui datur in criminalibus. i

### SCHOLIA.

a edita actio speciem futura liti continet. l. 3. C. de eden.

b In causis summaris, que ex tempore proponi & iudicari possunt, sufficit iudici exponere vocato reo in tribunali petitionem, quam tamen amanuensis iudicis excipit, & notis consignat seu describit prout profertur. Lanfranc. in clem. sape, de verbor. signific.

signific. ad verbum libellus, Alexan. consi. A  
50. volum. 2. Maranta. in praxi & in 4.  
parte, dist. 9. nume. 12. dicitur autem hæc  
petitio narratio & postulatio, l. 1. C. de li-  
belli oblat. l. 2. de iur. iurand. propter cal-  
umniam dar. In ea autem narratione fa-  
cti species, quid inde sequatur & petatur  
in conclusione ponitur. c. dilecti, 6. de iud.  
sublatis formulis superstitiosis proponen-  
darum actionum, l. 1. & 2. C. de for. & im-  
pet. subl.

c Ei pertinent tituli de libelli oblatio. in c. 1.  
1. 3. lib. 2. tit. 3. Sic libellus parvus liber di-  
ctus, ut titulo de famosis libellis, C. nempe  
scriptura in alicuius iniuriam conscripta,  
can. 1. & 2. can. si qui, 5. q. 1. dicitur & li-  
bellus supplicatio scripta, cum qua aditur  
princeps, qui ad eam rescribit, ut tit. quan.  
libellus principi oblatus litis contestat. facit  
l. nec quicquam, 9. §. fi. de offic. procōsul. Hinc  
magistri libellorū, qui & supplicum, mai-  
stres des requestes. Sū & literæ quæ dā-  
tur appellanti. a iudice a quo, directæ iu-  
dicibus ad quos appellatur, quibus testatur  
talem a se appellasse, & ad illum mittere;  
unde & libelli dimissorii dicti. sen Aposto-  
li. l. vnic. in n. c. a rub. de libellis dimissorii,  
lib. 49. P. tit. 6.

d Hæc finitio generalis est, pertinens ad ci-  
vile & criminale libellū: in utroq; enim  
fit petitio in scriptis, ut liquet ex divisione.

e can. offeratur, 3. q. 3. auth. offeratur, de li-  
tis contest.

f ca. pastoralis, 14. de iudic. inepta actio vel  
ineptus libellus dicitur generaliter non ap-  
tius, quando ex eo non concluditur ius a-  
gendi. l. 2. C. de formul. actio. sublatis. ibi, si  
aptam, &c. & ibi interpretes, & gloss. ad l.  
2. §. circa primam ad verba sine causa, de  
doli metu sue except. P. vide quando libel-  
lus sit ineptus Rotam decisio. 35. si quis in  
causa profana, num. 4. in novis. Socin. ad  
c. 2. nume. 118. de libelli oblat. Ineptitudo  
libelli cognoscitur ex materia & forma.  
Materia constat ex causa & re; causa fa-  
cti & iuris est, ut ex contractu & obliga-

tione; vel causa scilicet iuris tantum ut ex  
dominio; quæ si habeant consonantiam fa-  
ciunt libellum aptum; si dissonantiam, fa-  
ciunt ineptum, ut notatur in d. l. 2. cuius  
ineptitudinis exceptio potest opponi quan-  
documq; etiam post sententiā, c. cum dilecti,  
de emtion. & vend. forma libelli, est velu-  
ti syllogismus, cuius forma maxima pars  
est conclusio; requiruntur & alia pro for-  
ma, de quibus postea proximo capite.

B g c. examinata, 5. de iud. in inepta petitione  
absoluitur reus, in apta condemnatur.

h ca. 1. & fin. de libelli oblat. auth. offeratur,  
de litis contestat.

i can. de scripta, §. libellorum, 2. q. 8. can. le-  
gum, 2. q. 1. toto tit. de accusat. libellorum,  
cod. tit. P.

## CAPUT II.

1 De quibus fiat petitio vel libellus.

2 Et de forma libelli criminalis.

3 De civili in actione personali.

4 In reali.

5 Vniuersali.

6 Quando libellus emēdari vel mutari possit.

Causæ petendi variant libellos, & peti-  
tionum conclusiones & fines; alia e-  
nim est causa criminalis, alia civilis.

In causa criminali libellus accusatorius  
suam conceptionis formam habet, qua  
exprimitur, dies, & annus, apponatur no-  
men & cognomen accusantis, & accusati,  
& iudicis, coram quo accusatio fit, crimen  
& tempus quo commissum fuit, cum in-  
scriptione interdum. a

Sunt & in causa civili fere prædictæ  
circumstantiæ considerandæ; b sed potif-  
simum si agatur personali actione, expri-  
mi debet causa obligationis, ut ex mutuo,  
locato, commodato, & similib. c

Cum petitur autem res, ita debet in spe-  
cie determinari & describi, ut intelligatur  
quæ sit illa. d

In iudicio vero vniuersali, puta petiti-  
onis hæreditatis, libellus sufficit generalis,  
ut peto a te hæreditatem talis; ut non sit

Ccccc

necessarium res per species vel indiuidua A  
petere, quod & in aliis iudiciis vniuersa-  
libus admittitur, e

6 Potest & libellus mutari, emendari &  
corrigi, ex arbitrio proponentis, vsque ad  
litis contestationem, f

## S C H O L I A.

a c. tua fraternitati, 5. de procurat. lib. 1. tit.  
18. can. libellorū, 2. q. 8. 1. libellorum, 3. de  
accusat. P. lib. 48. tit. 2. Hacq; solemnitas B  
seruanda, non tantum in criminibus pu-  
blicis prosequendis, sed etiam in priuatis,  
sive ciuiler sine criminaliter agatur d. c.  
tua. & in actione iniuriarum, in qua quis  
cum alterius preiudicio vagari non debet.  
l. prator edixit, 7. de iniur. lib. 47. P. tit. 10.  
& ibi Bart. l. exigit, & ibi glo. ad verbum  
vagari, de dolo malo.

b Dantur circumstantia bene concepti libel-  
li obseruanda in gloss. ad c. 1. de lib. oblat. C  
his versibus, qui ibi explicantur.

Quis, quid, coram quo, quo iure peti-  
tur, & a quo

Recte compositus rite libellus habet.

Et iterum:

Conuēti nomen, & nomē cōuenientis,  
Iudicis & nomen scribit, causamq; pe-  
tendi,

Et quascunque petet res istas scribere  
debet.

c c. si. de libelli oblat. idq; ut aduersarius con-  
uentus intelligat, num iustam causam ha-  
beat litigandi, numq; velit contendere aut  
cedere, gloss. ad l. 1. ad verba, vt perinde,  
de eden. in P. glo. in c. 2. de libelli oblat.

d dict. c. de libelli oblatio. vbi glossa notanda  
singularis, que explicat certitudinem rei,  
que vel ex nomine proprio, l. 1. de mutatio.  
nom. C. vel relatione facta ad aliud certū,  
vel dum constat de corpore ex demonstra-  
tione, l. 2. de sent. qua sine certa quanti. C.  
l. certum est, 6. de rebus credit. P. l. stipu-  
lationum quedam, 74. §. 1. & seq. 75. de  
verb. oblig. l. si quis in fundi vocabulo, 4.  
de lega. 1. In fundo etiam certitudinē ad-

dit duorum fundorum proximorum adie-  
ctio. l. forma censuali, de censib. P. Gene-  
ralitas alioquin petitioni parit confusionē;  
& confusio impedit certitudinem senten-  
tia, que tamen requiritur. can. habuisse,  
33. distin. can. graue, 1. q. 3. §. curare, de  
actio. apud Iustinia.

e Veluti tutela, negotiorum gestorū, pro suo,  
& sic in similibus generalibus actionibus,  
in l. licet, C. de iudic. l. 4. l. si quo tempore  
C. de petitio. hered. glo. ad l. 1. & ad verba,  
vt perinde de eden. & ibi Alexand. Bart.  
Paul. Cast. Ias. & alii, glo. ad c. pen. ad ver-  
bum significantibus, de offic. iudi. ord. &  
ibi interpretes.

f can. libellorum, 2. q. 8. l. 3. C. de eden. post  
cōtestationem litis non potest. l. non potest,  
de iud. l. legi, & l. cum queritur, de except.  
rei. iud. saltem sine noua citatione, d. l. non  
potest, & l. in heredem, §. eligere, de tribu-  
tor. actio. eoq; casu pro variatione, qui va-  
riat, tenetur ad expensas iam factas in pri-  
ma propositione libelli, & in eo quod in-  
terest. l. de ata. §. fin. de interrog. actio. Si  
tamen quis in locum actionis proposita, a-  
liam vellet proponere, non esset audiendus,  
sed cogendus esset vsque ad finem primam  
prosequi actionem, auth. qui semel, C. quo-  
modo & quan. iud. lib. 7. tit. 43.

## CAPVT III.

## Effectus libelli.

E Effectus libelli erit, vt post editam vel  
propositā petitionem, si reus respon-  
deat, vel partem negauerit, partem autem  
confiteatur defendendo, censeatur litis  
cōtestatio facta, a firmata petitio, que non  
possit ab actore temere mutari, b & si in-  
epta actio edita sit, conuentus reus absol-  
uatur. c

## S C H O L I A.

a Hoc enim est litem contestari, c. vnica. de  
litis contesta. c. dudum, de elect. c. prout. de  
dolo & conuina. Rota decis. 354. si dato  
libello, in nouis.

b athen.

b *authen. qui semel, C. quomodo & quando A*  
*index, lib. 7. tit. 43.*  
 c *c. examinata, 15. de iudic.*

DE EXCEPTIONIBVS. a  
 TIT. VIII.

a *Ponitur hac rubrica, lib. 2. decretalium, tit. 25.*  
*& lib. 2. Sexti. tit. 12. & lib. 2. clem. tit. 10. li. 44.*  
*P. tit. 1. de exceptionib. & praescriptionib. & titu.*  
*2. de exceptione rei iudic. & tit. 3. de diuersis &*  
*temporalibus praescriptionib. titu. 4. de doli mali*  
*& metus exceptione, & tit. 4. Quarum rerum*  
*actio non datur & de exceptione iurisurandi.*  
*lib. 8. tit. 36. C. de exceptionib. & praescriptionib.*  
*& lib. 4. Institut. Iustiniani, titu. 13. de exceptio-*  
*nib. & tit. 14. de replicationib.*

CAPVT I.

1 *Continuatio, exceptio quid.*  
 2 *Et diuisiones.*

**I**N litis contestatione fiunt assertiones  
 & responsiones, quae opponuntur agen-  
 ti, & dicuntur exceptiones a & his obie-  
 cta, replicationes, & deinceps aduersus  
 replicationes, duplicationes, & istis oppo-  
 sitae triplicationes. b

Exceptiones aut dilatoriae, aut perem-  
 toriae, sunt: dilatoriae, quae rem & iudicium  
 differunt; non tamen tollunt. c Peremto-  
 riae, quae in totum ius & intentionem agen-  
 tis perimunt. d Quarum omnium aliae  
 temporales, aliae perpetuae. Temporales  
 & dilatoriae sunt, quae non semper locum  
 habent, & euitari possunt. Perpetuae atque  
 peremptoriae sunt, quae semper locum ha-  
 bent, nec euitari possunt. e Dilatoriarum  
 rursus, alia declinatoria iudicii, alia dila-  
 toria solutionis. f Dilatoria iudicii propo-  
 nitur, vel contra iudicem, g aut contra re-  
 scriptum eus aut contra personam actoris; i  
 item ex persona rei, k ex parte fori, cui obi-  
 icitur praescriptio, ne ibi agi possit, l vel ex  
 persona iudicis, m vel ex persona procura-  
 toris, si mandatum legitimum non ha-  
 beat. n Ex parte actionis seu libelli, veluti  
 quod is sit ineptus & incertus, o si ante te-  
 pus & conditionem, & plus quam debea-

tur, petum sit, p exceptiones dilatoriae  
 solutionis possunt esse, per quas quis debi-  
 ti solutionem in tempus aliud, quam peti-  
 tur, differenda esse proponit; vt si pactum  
 sit de non petendo, nisi post annum, q si v-  
 furas debiti acceperit creditor pro futuris  
 annis, r si impetrauerit a principe, ne te-  
 neatur soluere debitum, nisi post quinquen-  
 nium, s si cum iuratoria cautione quis re-  
 laxatus a iudicio & actione petitionis ob-  
 tinopiam. t Peremptoriarum etiam exem-  
 pla multa occurrent, qualia transactio-  
 nis, v praescriptionis, x iuramenti maxime  
 delatorii, y rei iudicatae, z si quid contra le-  
 ges canoneseque actum dicatur, aa aut vi,  
 aut metu, bb dolo, cc si obiiciatur agen-  
 ti, quod sua non interfit agere. dd

SCHOLIA.

a *l. 2. de exceptio. lib. 4. P. tit. 1. exceptio est*  
*actionis exclusio. Ibidem & in cap. 2. §. nos*  
*autem, de ordine cognitionum.*  
 b *dist. l. 2. de except. §. 1. de replicatio. lib. 4.*  
*Institutio. tit. 14.*  
 c *de hac diuisione & finitionibus eius, agit*  
*gloss. ad c. exceptionem, 2. iuncto textu de*  
*except. lib. 2. tit. 25.*  
 d *Exceptio solutionis debiti vel pacti de non*  
*petendo. solutione enim tollitur omnis obli-*  
*gatio. §. 1. quib. mod. tollit. obliga.*  
 e *Ista distinctio proponitur in l. 3. de except.*  
*P. §. appellatio, eo. tit. apud Iustinia. lib. 4.*  
*tit. 13. Temporalis habebit ultra exemplum*  
*in ea, quae opponi potest secundo rescripto*  
*contra primum impetrato, intra annum,*  
*non postea, c. si autem, 9. c. plerunq. de re-*  
*script. c. pastoralis, de offic. ordin.*  
 f *gloss. ad d. c. exceptionem, de except.*  
 g *Tanquam suspectum, Et ideo recusat, c.*  
*quoniam contra, de probat. & dum causa*  
*proponuntur suspicionis, interim differtur*  
*iudicium, c. secundo requirit, 41. §. tertio,*  
*c. cum speciali, 6. de appellat. c. licet, §. fin,*  
*de foro compet.*  
 h *c. si autem, 9. de rescript.*  
 i *Si excommunicatus, cap. exceptionem, de*